Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Quod omnibus grauissimum
Facta quidem uidetur,
Cum sit tamen uilissimi
Laboris atq. cure.
Hac si daremus in diem
Arcana propalarter,
Exponeremur risui,
Pueris, iuuis, puellis.
Ergo secreti uiuite
Linguae bonum tenentes,
Sic absq. curis liberi
Viuetis in quiete;
Silete proximo, et DEO
Hac dona largienti.
Prefationis finis est
Nunc ars docenda restat,
Rythmis, figuris, et typis
Ambagibus remotis.
Hanc proferemus in diem
Mendacijs repulsis.
Vbiq. gratias DEO
Agendo conditori;
Et iam figurarum prior
Vobis sequetur ordo.